





1745.

1. Hering, Matthaeus Beuonis: *De non adiunctando, post usum articulorum personalium, iure praevalere judicis'.*
2. Hering, Matthaeus Beuoni: *De rebutione in securitatem doris permissa.*
3. Manzel, Iur. Fr. Fr. T.: *De fore femina.*

1746.

1. Becker, Hermann: *De pupilli substitutioce intenta bonorum adventitione nulla.*
2. Hering, Matthaeus Beuoni: *De computanda legitima matris in concurn cum Germanie praeteritis*
3. Hering, Matthaeus Beuoni: *De remissione conductoris ab cœn pecorum granatum concedenda.*
4. Aristopius, Theron Janus: *De effecta littera apud Nee et confirmatione pro contestatae habitee.*

1747

1. Bodenbach, Johann Christian: *De jure principis circa iacta secundum ius naturae*

1747.

2. Mantzel, Ernst. Fr. Fr. : De eo, qui est maior et minorum.  
nisi simul.
3. Mantzel, Ernst. Fr. Fr. : De labore interius et exterior.
4. Mantzel, Ernestus Fr. Fr. : De probatione exceptionis  
non numeratae pecuniae
5. Mantzel, Ernest. Fr. Fr. : De requisitione causam ab ipsa  
~~formidatione~~ formidine tenetionis
6. Mantzel, Ernst. Fr. Fr. : De ingenio. Formacione que  
solent tales iuridices.
7. Mantzel, Ernst. Fr. Fr. : De prelio redemptoris clavis.

1749.

1. Capinus, Aug. Fr. Dan : Meditationes ad nomina  
pro autem simplicitate argumenta.
2. Hering Matthias Bevori : De jure ad examen testium  
in perpetuam rei memoriam, appellatione interposita,  
competente ..

1789.

vren. 3. Mankel, Em. To. Fried: *Dissertatio in iug. iuris prae-*  
*terim Mecklenburgicis: De processu causa suo maxima*  
*quoad delationem juramenti etis decisione.*

Y. Mankel, Em. To. Fried: *De jure gratutti.*

5. Mankel, Em. To. Fried: *Decine inordinariis*  
*maneue ex delicto.*

1750

1. Mankel, Em. To. Fried: *De auditorio forensi, bene*  
*instructo, siue decoro, justiciam, adscitorum*  
*et partium.*

2. Mankel, Em. To. Fried: *De recovalientia feudi Meckle-*  
*burgicis, post arrichtonem, in concursu solenni, certi-  
tibus factam.*

3. Mankel, Em. To. Fried: *De concursu atque dentrum*  
*et collateris alium in successione feudi datu.*

1771 1771  
Sachsen-Anhalt wurde auf regelrechte  
Weise von dem neuen Landesfürsten  
und seinem Stellvertreter vertrieben.  
Der Herzog von Sachsen-Anhalt und seine  
Schwester Anna Sophie, die Prinzessin Sophie  
und andere waren von der Stadt und regierten  
bis zum Ende ihrer Regierung nur  
auf ihrem Lande. Sie wurden nach  
dem Tode des Herzogs von Sachsen-Anhalt  
und seiner Schwester Anna Sophie, die Prinzessin  
Sophie, und anderen weiteren  
Mitgliedern der Familie Sachsen-Anhalt  
wurde das Land unter dem Namen  
Sachsen-Anhalt wiederhergestellt und ist  
seitdem ein selbständiges Land.









Q. D. B. V.  
DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
DE  
*P. 398.*  
**RETENTIONE IN SE-  
CURITATEM DOTIS  
PERMISSA,**

*P. 398.*  
CONSENSU ILLISTRIS ICTORUM ORDINIS  
IN ACADEMIA PATRIA,

*P. 398.*  
**DNO. MATTHIA BENONI  
HERING,**

JVR. VTR. DOCT. ET PROF. COD. DVCAL. PVBL.  
ORD. NEC CONSISTOR. DVC. CONSILIARIO, ET  
AD HVNC ACTVM DECANO  
SPECTABILISSIMO,

DNO. PATRONO AC PROMOTORE OMNI  
CVLTV DEVENERANDO,


**PRO LICENTIA,**  
SYMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES  
OBTINENDI,  
ANNO MDCCXLV. D. 30. SEPT.  
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI  
SVBMITTIT,

**ISAAC JOACHIM WEBER,**

ADV. CONSIST. DVC. ORD.

*ROSTOCHII,*  
ST ANNO ADLERIANO.





V I R O  
PLVRIMVM REVERENDO AT-  
QUE DOCTISSIMO DOMINO,  
D O M I N O  
JGHANNI ADOLPHO  
WEBERO,

ECCLESIAE SLATENSIS PROPE PARCHI-  
MVM PASTORI PER XXXVI. ANNOS GRAVISSIMO  
ET MERITISSIMO

NEC NON

PARENTI MEO OPTIMO, AD TV-  
MVLVMVSQVE OBSEQVIO, CVLTV ET  
PIETATE DEVENERANDO,

HASCE PAGELLAS IN SIGNVM GRATAE ET OBEDIENTIS-  
SIMAE MENTIS


DAT, DICAT, DEDICAT

FILIVS OBSEQVIOSISSIMVS

J. J. WEBER.

A. 2

INC



## INGRESSVS.

**P**eracto examine, quod rigorosum vocant, primario mihi proposui, tale thema pertractare, qvod partim in praxi utile, partim etiam iura patriae tangeret. Quem in finem etiam animo jam statueram, de agris non possessis in Megapoli Germ. vom wüsten Hüsen im Lande Mecklenburg, differere. Verum enimvero ab eiusmodi proposito propter varias causas recedens, præsentem materiam placidae eruditorum disqvistitioni submittere satius duxi, & in ipsa elaboratione iura patriae tangi, fas mihi visum est. Spe itaqve plenus, fore, ut nemo hunc conatum datur, peto à quoconque B. L. ut id, quod forsitan inconcinnus scriptum, non aegre ferat; sic & confido, ipsam tractationem, quae distoniantiam iuris patrii & communis multifariam exhibit, in patria usu haud carere.

CA-



## CAPVT. I.

De requisitis adhanc retentionem neces-  
fariis & quando retentio ceflat.



§. 1.

icet alias moris sit, sub initio disputationis, primas generalioribus explere paginas; quam tamen consuetudinem sequi, eo citius detrecto, quo minus verba rubri hujus dissertationis obscura ac aequivoqua reperiuntur, & sic interpretis face haud indigent, quoniam ob eorum ambiguitatem nihil sinistri metuendum. Quam ob rem nihil aliud mihi, circumspecturo, qvibus ex fundamentis tanta mariti, forsan obærati, qvanta ad aestimationem dotis sufficient bona, retineat uxor, est relictum, qvam ut ad ipsam disquisitionem me conferam. Et sic describo retentionem ad casum praesentem adpli- catam: Quod sit remedium legitimum feminae, res ma- ritales possidenti competens, eas res ante solutionem il- latorum non dimitendi vel restituendi.

*Definitio  
juris re-  
tent.*

A 3

§. 2.

## §. II.

Ex hac data descriptione colligitur, omnem retentio-  
nem praesupponere (I) debitum, quod hoc casu in resti-  
tutione illatorum consistit, (II.) iustum possessionem à  
parte retinentis h. l. uxoris, (III.) debitum sive dotem  
liquidam.\*

\* Si vero debitum illiquidum, nec illatio dotis constet,  
retentio non statim cessat, sed operatur cautionem,  
quia ante cognitam & definitam causam securitatem  
plane deserere nemo cogendus. BRVNDEM. ad L. 33.  
ff. de Cond. indeb. n. 8.

## §. III.

*Consectaria genera-* Ex his axiomatis varia conjectaria eliciti possent.  
*re iuris retentionis* Ne autem iusto fusior videar, ea solum, quae ad mai-  
oralia rem perspicuitatem faciunt, breviter subjiciam. Patet  
itaque, (1) retentionem ob debitum liquidum obtinere;  
(a) liquidum vero id vocatur, quod intra terminum pro-  
batorium probari potest, & de quo iudex ita arbitratur,  
(b) (2) rem sine virtute ad possessorem pervenisse, necesse  
est; hinc spoliatores & hujus farinæ plures nullatenus  
hoc privilegio gaudent, sed per interdicta ad restituenda  
abla coguntur. Verum enim vero licet (3) debitum  
sit illiquidum, ante cautionem praestitam dimittere pos-  
sessionem non tenetur retinens, sed necesse est, ut alter  
sub hypotheca huius rei caveat, quod in futurum, si pree-  
ter opinionem convictus fuerit, solvere velit (c).

- (a) MEV. P. II. Dec. 214.
- (b) L. 85. §. 2. ff. de R. I.
- (c) MEV. P. II. Dec. 15. add. STRYK. diss. de possess.  
per cautionem non auferenda, item BOEHMER. in Iur.  
re Dig. titul. de compensat. §. 17.

## §. IV.

*Monstrandum ius re-* Sic itaque monstrandum, et inquirendum, utrum  
ratione dotis & paraphernalium feminæ ius retentionis  
com-

competat, nec ne? Hac occasione quidem dicendum est, quid sit dos, ac paraphernalia; sed quum cuilibet eo-<sup>feminae</sup>rum definitiones pateant, studio cas praetermitto. Jam <sup>competeere</sup><sub>vi axio-</sub> vero inter omnes constat, tam dotalia quam parapher-<sup>matis pri-</sup> nalia, soluto matrimonio esse restituenda. Hinc ratio-<sub>ni</sub>ne mariti eiusque successorum omnino debitum, quod in redditione dotis consistit, adest, ob quod ius retentio-<sub>nis</sub> feminæ non denegandum. Qua facultate eo magis gaudet, quo eximiora ob dotem ei sunt concessa pri- vilegia, quare etiam in propatulo est, praesentem casum verum iuris retentionis esse objectum.

## §. V.

Quemadmodum autem ex antecedente §pho satis <sup>Idem ulte-</sup> innotescit, quod jus retentionis, feminæ ob dotem & in-<sup>rinas decla-</sup> terdum paraphernalia adscriptum, ex vero debito, ad <sup>ratur.</sup> quod successores mariti exsolendum obligati, originem trahat; Sic & CARPZOIVS hoc affirmat, quod in he- redes quoque obligatio, quae in marito ad dotem, soluto matrimonio restituendam fuit, transfundatur, quando- quidem aequissimum, ut, qui commodum à defuneto expedit, etiam onera hereditaria ferat.

(a) Lib. IV. Titul. III. Rep. 19, num. I. § 2.

## §. VI.

Porro & alterum requisitum, quod in justa possessi-<sup>Axioma</sup> one collocatum est, feminæ competit; quum enim fem-<sup>2dum ad</sup> per in domo mariti habitat, ejusque socia facta est, non plicatur possum non ei possessionem concedere. Quae omnia fa-<sup>ad casum-</sup> tis fiunt clara, si ad ius Divinum, civile, & canonicum <sup>præsen-</sup> recurratur. Jure enim Divino & canonico, coniuges non <sup>tem.</sup> solum una caro, unumque corpus reputantur (a) sed & jure civili individuae vitae (b) promiscui usus, omnis. que fortunæ socii efficiuntur. (c).

(a) GENES. II. v. 23, § 24, § alibi, add. C. I. X. de <sup>conjug.</sup>

(b) L. I. ff. de Rit, Nupt,

(c) MVL-



(c) MÜLLER. *diff. de dono nuptial.* c. 2. §. 12.

§. VII.

*De societate conjugali apud veteres Rom.* Quam societatem antiquo Romanorum jure & ad bona fuisse tractam, refert MÜLLER. (a) Quinimodo varii dantur JCTi, & tempore Romanorum communionem bonorum inter conjuges obtinuisse, statuentes.

(b) Verum enim vero licet istorum DDrum opiniones non omni fundamento sint desitutae, modo tres modos contrahendi coniugium scilicet confarreationem, coemtionem, & usum probe distinguas; attamen lubens fateor, hanc materiam multis tricis ac incertitudinibus esse involutam, nec comprobari posse, eam communionem ita intelligendam esse, prout nos illam stylo hodierno interpretamur.

(a) in *diff. de dono nuptiali cap. 2.* §. 12.

(b) THOMAS. in *diff. de usu pratico tit. Instr. de Nuptiis add. KRESS.* in *diff. de aequitate success. de coniugio.* it. RODENBVRG in *Tract. de iure coniugum.*

§. VIII.

Quum antiquis Quiritibus vero tres modi, scilicet confarratio, coemtio, & usus, contrahendi matrimonium fuerint usitati, non negandum est, diversa & ideo iura obtinuisse, nec ius retentionis cuicunque uxori competit. Aff autem ejusmodi antiquitates studio prae-termitto, nec mihi de iis controversiam fieri patior, quoniam eas indagare ratio propositi prohibet.

§. IX.

*Axioma III* Quibus itaque omissis, iam aliud requisitum iuris ex Spbo 2. retentionis, scilicet ut debitum sit liquidum tractabo. *adPLICatur* Dictum est Spbo 2 & 3. retentionem non obtinere, nisi de certitudine debiti constet. Quapropter discutendum, quaenam causae dotis liquiditatem proferant? Quid vero ratione paraphernalium obtineat, id infra Spbo 23. & 24. adlaturissimum. Primo loco uxores ad confessio-nem maritalem provocant, ut inde illatam dotem pro-bent

bent. Durante matrimonio confessionem mariti factam suspectam existimo, quum ex coniunctione arctissima, fraudibus ac collusionibus difficile detegendis, attamen existentibus, occasionem facile praebente, descendat, ideoque sola mariti fidem in genere non gignit confessio, praeprimis quum confessio sua natura ita comparata, ut quidem confitentem obstrin-gat, non autem *ratio* praeiudicium inferre queat.

## §. X.

In genere quidem de confessione maritali disseri, sed quum ea haud sufficient, non inutile erit factum, si per singulares casus hanc materiam & in specie disquiram, numne seminae maritalem confessio-nem, nulla falsitatis conjectura, oneratam iureiurando confirmare permisum? Et hic sequentem in modum distinguendum esse constat; aut enim cum liberis, aut Creditoribus concurrit vidua. Priori casu iterum per-bene videndum, num liberi prioris matrimonii de ma-ternis solum, vel hereditate patris nanciscenda labo-rent. Si itaque de hereditate paterna accipienda solum quae sit, in genere confessioni patris standum esse, certum est, nec liberis alia facultas, quam quae ipso-rum patri competit, concedenda venit, quoniam eius personam repraesentant, illiusque in locum succedunt. Sic matrimonio intra biennium soluto, per annum opponere possunt, exceptionem non numeratae dotis. Si vero ultra biennium duraverit, intra decennium tamen solutum fuerit, connubium, concedantur tres menses. (a) Qua opposita exceptione ad iuramentum suppletorium non est admittenda uxori, ex dispositio-ne iuris enim ante lapsum dicti temporis confessioni maritali nulla fides inesse creditur. Idem ob rationis iden-titatem in extraneo herede procedit, nisi testator suam confessionem in testamento, quod & in minimo obser-vandum, posuit.

B

(a) *Aucth.*

(a) *Auth. quod locum C. de dote causa non num. add  
SCHOEPFE. in Synops tit. de R. C. n. 79, § 80.*

## §. XI.

*3 Si liberis  
materna  
repetantur.*

Quibus praemissis ad alium casum progredior, si nimirum femina cum liberis materna prioris matrimonii potentibus concurrat. Patri in regula contra liberos & heredes tantam summarum dotis se accepisse scribenti & confitenti creditur, (a) quum Parentes, quorum immensus amor naturalis in ipsa faera pagina magnis encomiis elatus, nihil in praejudicium liberorum confessos esse, praesumendum. Contrariis autem exortuntibus coniecturis, exceptiones liberis integrae remanent, (b) si nempe accidit, ut fucato callidoque amoris affectu sic perstringatur, ac contorqueatur parens, ut magis mulieri, quam ipsis filiis, licet eorum calamitas bonorumque iactura inde enscantur, faveat. Cuiusmodi parentum exempla non raro evenire, ipsa testatur experientia. Quis itaque eiusmodi adsertibus paternis adstipulari posset? Quum noto notius sit, ipsum confidentem non alium ex sua confessione obstringi. (c) Limitatur quidem hoc adsertum per representationem personarum, vi cuius pater & filius pro una persona reputantur; hinc quidam obmovere posset, filium ad confessionem patris ratam habendam esse obligatum: Sed haec exceptio nullum sortitur esse. Etum, si filius parentis heres non evadat, quoniam respectus representativus sine additione hereditatis paternae non potest non cessare; filius enim materna sua tanquam dominus repetit; neque eum pati iura volunt, ut ex falsa patris confessione, quae aliquando vetitam inter coniuges donationem redolet, sibi competentia bona perdat. Praeterea dotalia primi matrimonii secundae & ulteriori doti praecedunt, quia & hic obtinet brocardicum: qui prior est tempore, potior est iure; & sic posterior femina actionem de dote repetenda prius non

non instituere potest, quam liberi prioris matrimonii materna acceperint, unde multo minus posteriori feminae tunc ius retentionis exercere permittitur.

- (a) HERT. Dec. 756. n. 2.
- (b) CARPZ. P. 1. Conf. 28. Def. 77. n. 4. ibi. non tam heredibus auferenda exceptio non numeratae dotis.
- (c) L. 25. §. ult. ff. de probat. ibi: stare enim oportet suae confessioni add. L. 19. in fin. C. de fid. Instrum.

### §. XII.

Mariti confessionem admodum cogitate adversus *Si credito-*  
Creditori esse perscrutandam, iam supra monui. Hinc *res except.*  
hic ex re erit indagare, in quantum creditoribus non *non num.*  
numeratae dotis competit exceptio. *dat. oppo-*  
*nunt.* Quoties itaque  
dotis illatio non probata, toties sine omni dubio hac  
exceptione fruuntur creditori. Siquidem vero alio-  
rum praeiudicium hac occasione intercedit, ita facile  
diadicandum, probationem ab uxore plenissimam ef-  
fe gerendam. (a) Qua propter quilibet haud difficile  
trutinabit, summam dotis assertione mariti nequaquam  
demonstrari, nisi maritus memor mortis quantitatem  
dotis serio ac deliberato animo coram quibusdam per-  
sonis omnino fide dignis manifestet. Sic non solum  
omnis sinistra suspicio abesse creditur, sed etiam ad ius-  
iurandum suppletorium, his positis terminis admitti  
potest vidua. Porro & paetis dotalibus magna fides *Patrado-*  
tribuitur, quoniam non suspicandum, coniuges illis in *alia do-*  
*strumentis, quibus omnia bona tam notitiae, quam pro tem pre-*  
*bant,* priae utilitatis, imo futurae successionis ergo, conscri-  
benda curarunt, mendacia & falsitates immisceri fuisse  
passos, quia maximum marito post fata uxoris, & vi-  
ce versa, contingere posset praeiudicium. Ambabus  
autem largior, haec ut plurimum in circumstantiis fa-  
eti confidere, hincque pro earum qualitate diudi-  
canda.

- (a) Ord. Dicasi. Prov. Aul. Megap. P. II. Tit. ult. §. 6.

B 2

§. XIII.

## §. XIII.

*de probat.* Breviter praeterea exponendum, quomodo pacta  
*per pacta* dotalia comparata esse debeant, si per ea dotem satis  
*dotal.* ostendere cupit femina. Magnam inter dotalia & para-  
 phernalia differentiam intuitu iuris retentionis inter-  
 cedere infra probatum dabo. Idcirco ad probandam  
 dotem recessit, ut clare ac perspicue quantitas do-  
 talium in hisce pactis exprimatur, alias enim illata  
 prae sumuntur paraphernalia (a) Dotalia vero in vernacula  
 Heyrath<sup>s</sup> Guth, Ch<sup>e</sup> Geld, Braut<sup>s</sup> Sch<sup>a</sup>s, dotal Gel-  
 der, &c. denominantur, (b) & in quibus instrumentis  
 ea verba, aut aequipollentia non inveniuntur, per ea  
 quoque illatae dotis probatio haud iuste efficitur, quum  
 ad eam accurata requiratur determinatio. (c)

(a) MENOCH. de *prae sumpt. Lib. 3<sup>o</sup>* *prae sumpt. 8. num. 34.*

(b) MÜLLER. in *diff. de dono nuptiali cap. 2.* §. 15.

(c) STRYK. in *Caut. Contr. Sect. 3. cap. 8.* §. 6.

## § XIV.

*quando*  
*confessio*  
*marit. iu-*  
*rejur. sup-*  
*pler. con-*  
*firmari*  
*poteſt.*

De iure iurando suppletorio mentione passim fa-  
 cta, iam eam materiam mens est ulterius indagandi,  
 Difficile quidem, ut oftensum, femina admittitur, ut ma-  
 ritalem confessionem iure iurando confirmet; ast vero,  
 quavis suspicione cessante, ad hoc genus sacramenti  
 se offerre non interdicitur, (a) quum negotia inter vi-  
 rum & uxorem gesta non facile pateant, ut adeo pro-  
 pter coniunctissimum vinculum occulte gesta prae-  
 sumantur, ne paupertatis vilitas detegatur, & divitiae invi-  
 diae exponantur. (b) Dotalium insuper tantus favor,  
 ut reipublicae interferat, ne foeminae euadant indotatae,  
 (c) quapropter iurisprudentia eis favet & opitulatur,  
 ne deterior dotis reddatur conditio, (d) quae aliquan-  
 do alimentis existit similis, si nimis praeferat eam  
 uxori nihil reliquum. Posthaec & piis causis dos  
 aequiparatur, (e) ideoque mitius favorabiliusve eligen-  
 dum suadet prudentia, modo nullus doli timor ex cir-  
 cum

cumstantiis elucefcat, & credibile fit, tantam dotis sum-  
mam esse illatam, quo casu iuriurando suppletorio  
erit locus. (f) Durante autem eiusmodi processu, posselli-  
ones maritales evacuare haud tenetur uxor, &, pree-  
frito sacramento, retentionis iure omnino fruatur.

- (a) SCHOLPER. *in fin. tit. de iureiur. nam. 77.*
- (b) L. 2. pr. C. quando & quib. quart.
- (c) L. I. ff. solut. matr. it. L. 18. ff. de R. A. J. P.
- (d) MEV. P. II. dec. 103. num. 3.
- (e) L. 32. §. 2. ff. de Condit. indeb.
- (f) HERT. Dec. 756. n. 2. It. BRUNNEM. Proc. Conc.  
*Cred. cap. 3. §. 13. ibique STRYK.*

### §. XV.

Quamvis interdum confessionem suam maritus iu- *Idem ulte-*  
reiurando corroboret, tamen ei plena fides statim non *rius decla-*  
adhibenda, sed potius dispiciendum est, num quoque *ratur.*  
circumstantiae facti sacramento mariti respondeant ?  
Si hoc, feminae facile erit factu, ut ad iuramentum  
suppletorium deveniat Quando vero circumstantiae  
facti multum a confessione mariti distant, parum eius  
religiosa adsertio efficit, quum nimirum creditoribus  
omnino integrum, exceptionem non numeratae dotis  
opponere. Praeterea neque indoles iurisiurandi a-  
ctum vitio laborantem reddit validum, neque ex eo  
nova obligatio enascitur, sed pristinae solum in maio-  
rem fidem accedit. Haec tria enim sunt iurisiurandi  
requisita : *veritas, iustitia & judicium* i. e. plena mentis  
deliberatio. Patet itaque nudum sacramentum indo-  
lem negotii non immutare, sed falsitatis suspicionem  
solum caeteris paribus removere, ita tamen ut proba-  
tio & praesumptio in contrarium admittatur, ne tertio  
inde damnum contingat irreparabile, (a) & dolosus a-  
ctus reconvalescat. Quod semel enim irritum est, re-  
ligiosa adsertione non conseruatur, (b) quoniam ea  
naturam negotii solum sequitur, ne iniuriantis vincu-  
lum

lum evadat. (c) Tale autem a marito praefitum ius*uirandum* efficit, ut positis terminis habilibus eo citius ad suppletorium uxor admittatur.

- (a) L. 15. ff. de condit. instit.
- (b) STRYK. in Tr. de action. for. invest. sect. I. membr.

3. §. 41.

- (c) L. 5. §. I. C. de LL. it. L. 7. §. 16. de Pacl.

#### §. XVI.

*de iuram.  
semel ab  
uxor. pra-  
fito*

Si autem contra unum creditorem sacramentum praefitterit femina, quaeritur utrum eodem contra caeteros uti queat? Est fane res dubia. Lubet mihi sequentem in modum distinguere: aut enim delatum aut suppletorium praefitum ius*uirandum*. Priori casu contra caeteros creditores iuramentum allegare negquit; delatio enim sacramenti pertinet ad iura partium, ideoque tertio non praeiudicatur, cui omnino integrum, suum ius, quovis licito modo persequi. Posteriori casu autem subdistinguendum, utrum circumstantiae eadem adsint, aut dissimiles? Nulla negotiorum mutatione & variatione facta, feminae succurrendum esse, tuto credo, quum indicia semiplenae probationi similia citra omnem dolii timorem adfuisse praefumanuntur. Novis vero circumstantiis contrariis supervenientibus, exceptio non numeratae dotis obtineat, necesse est.

#### §. XVII.

*Sigillatim  
de fundo  
do tali*

Quibus confeatis me ad id, quod circa fundum dotalem in hac materia observatu dignum, confero, ubi id singulare invenitur, quod retentio non omni casu obtineat, potius videndum, utrum fundus, vel alia immobilia aestimato an inaestimato data? Priori casu iterum subdistinguendum, num aestimatio taxationis vel venditionis gratia facta fuerit. Illo casu in maritum non transit dominium plenum nec libera dispositio, sed taxationem ideo solum esse adiectam putant, quo si fundus forte mariti culpa deterior factus, aut peremptus

B 4

adpa-

adpareat, quid quantumve eo nomine præstandum. Ista enim aestimatione quantitas solum rei declarata, non autem emtio contracta (a) Ex quibus itaque constat, ob damnum factum *sine culpa mariti*\* in fundo dotali, aestimato taxationis gratia dato, retentionem non valere, quoniam periculum rei feminam ut eius dominam sentire oportet. Aliud vero dicendum si fundus venditionis gratia datus, tunc nimirum eius dominium plenum, & libera dispositio quam ad maritum spe&ctet, (b) eiusmodi damnum mulieri resarcire, frustra recusat, quove non facto, huic retentionem indulgandam statuo. Si in aestimato in dotem datus, multo minus ad maritum pertinet periculum. (c) Qua propter facile inde colligitur, retentionem ob damnum, his in rebus passum, uxori non esse concedendam.

(a) L. 69. §. 7. ff. de iure dotium

(b) L. 5. C. de Jure dot. add. STRYK. in Caut. Contr.

Sett. 3. cap. 8. §. 10.

(c) L. 10. pr. & §. 1 ff. de Jur. Dot.

\* Si autem culpa mariti damnum in fundo dotali datum, ea propter indistincte uxori commodum retentionis non tribuendum, nam ob eiusmodi damnum uxori non competit ius prælationis, potius patet, inde solum actionem personalem enasci. Siquidem autem ius retentionis in concursu Creditorum ob prælationem uxori adscribitur, vi cuius reliquorum Creditorum, quos femina antecedit, præiudicium non metuendum: ita etiam cessante prælatione vix ac ne vix quidem commodo retentionis femina gaudebit.

### §. XVIII.

Communi fere eruditorum opinione, probata illatione dotis, in feudum versio praesumitur, (a) nec *female* *dotis* *one* *& ver-*  
minia maioribus oneranda difficultatibus Sunt autem *sione dotis*  
DDres. qui hanc sententiam restringunt, quorum prin-  
ceps STRYKIUS (b) qui quoad filium, in feudo succe-  
denter,

dentem, hanc solum admittit opinionem, non vero quoad agnatos, contendens, eos satis iam gravari, quod dotalitium, licet suo iure succedant, viduae concedere obstringantur. Alio autem loco in contrariam sententiam cum MEVIO. ac BRUNNEMANNO inclinat. (c) Iure Mepapolitano celeberrimus iste TORNOVIUS (d) quoad allodia illationem sufficere putat, at ratione feudorum distinguit, nam cum Domino seu agnatis, vel cum Creditoribus obaerati mariti dotis repetendae causa concurrat? Priori casu praeter illationem ipsius versionis probationem desiderat; hoc autem casu illationis manifestationem solum requiri contendit. Adquam stabiliendam sententiam allegat quidem proprio ausu conscriptum ius feudale Megapolitanum, Germ. das proiecturte Mecklenburgische Lehn Recht (e) verum enim enim vero si non alio eius opinio nitatur fundamento ei fidem tribui posse, difficile est creditu, quoniam privata scriptura exaratum illud ius feudale neque in vim decisivam citari, neque eius praeiudicia adferri, neque eius totalis agnitione monstrari possunt. Praeterea patet, Serenissimos harum provinciarum Legislatores exprefsis editis declarasse, nemini licitum esse, praedictum ad ius feudale in Actis publicis provocare; quam ob causam non dubitandum, eiusmodi iuris sic dicti Megapolitani lineis nullam efficaciam tribui posse Quapropter cum ratione huius in iure patrio, neque accuratam decisionem, neque consuetudinem invenerim, vitio nemo mihi vertet, si communis eousque iuri inhaerem, quoisque de certitudine legis provincialis nondum constat.

(a) CARPZ. P. II. C. 44. def. 9. n. 7. it. MÜLLER.  
Resolut. March. 83. num. 25. seqq. add. SCHOEPFFER  
in Synopsi tit. de iure dot. num. 35.

(b) Tract. de succ. ab Intest. diss. IV. cap. 2. §. 11.

(c) STRYK. Exam. Jur. feud. cap. 21. qu. II.

(d) Part. I. pag. 477. seqq.

(e) Das

(e) Das projicirte Mecklenburg. Lehn-Recht, art.  
8. tit. 12. verb. es wäre demu, daß die Frau coniunctum beweisen könnte, daß Ihr Brautschuh würklich eingebracht, und ins Lehn verwandt wäre.

## §. XIX.

Iam progredior ad alium casum, scilicet, numne *Regulariter*  
*femina sciens obaerato nubens, privilegio dotis caret?* *ter femina*  
*In regula contenditur, eam ideo hoc non esse destituen-*  
*dam beneficio, quoniam illa uxoris intentio präsumi-*  
*tur, quod prudenti oeconomia ad aliud vitae genus ma-*  
*ritum trahere, eique subvenire cupiat. Honesta enim*  
*amoris ea est estimatio, quae illo animo, non ex capi-*  
*endis opibus enascitur. (a) Insuper privilegia, & ex*  
*legibus ipsis orta commoda non, nisi per expressam re-*  
*nunciationem aut ipsius legis dispositionem, tolluntur,*  
*quod ratione huius adeo verum, ut uxor ne per ma-*  
*nifestum quidem pactum dotis conditionem reddere*  
*valeat deteriorem, (b) nisi singulare in liberos inde*  
*redundet commodum, aut in eorum favorem pactum*  
*initium sit. (c) Quae omnia, licet in regula procedant,*  
*tamen patiuntur exceptionem, si nimis, quid frau-*  
*dis intervenisse, non absque ratione suspicantur Cre-*  
*ditores. Accidit enim quam sepiissime, ut omnia mo-*  
*bilia v. g. cimelia, monetae cariores & rariores, ornatus,*  
*festiva vestimenta, scrinia, cistae, cubilia, linteae, vasa ar-*  
*gentea, stanæ, aereaque, ligneaque, imo quadrupes ac*  
*volatile pecus taxentur, & talimodo summa dotalium*  
*plus iusto augatur. Quibus circumstantiis recte iu-*  
*dicatur, quod Creditores, si femina sciens, sponsum a-*  
*perte esse obaeratum, illi tamen nubat, omnia mobilia*  
*magni aut pluris taxanda cureret, eoque modo dotis sum-*  
*mam multiplicet, eiusmodi facta omnis fraudis haud*  
*expertia praesumant, praesertim si debitor creditoribus*  
*irascitur, quaque propter quævis in singularem ac sub-*

C

dolam

*Exceptio*  
*per indu-*  
*ctionem*  
*casuum.*

Difin-  
guatur.

dolam Creditorum imposturam fraudulentus & mendax fecisse, imo ipsam consentientem uxorem, ut huius astutae malitiae tegumentum adlibuisse credendus. Quo tamen casu probe distinguendum inter Creditores, qui ante nuptias iam adfuerunt, & qui post eas quam primum existunt. Prioribus taxatio dolose facta neque nocere neque ius quæsumum auferre potest; Posterioribus autem facta aestimatione dolosa existentibus non item, sed eis imputandum, quod non melius conditionem illius, cum quo contrarerunt, contemplati fuerint, & perquisiverint. Eis vero ostendentibus debitorem ex post facto tanti illata mulieris aestimasse, & ab ea consentiente in dicta denuo summa accepisse, subveniendum esse videtur. Quae omnia de hypothecariis dicta volo, utrum autem chirographariis idem, & in quantum adscribendum sit, id aliorum iudicio relinquere eo magis permisum, quo longius alias ulterior disquisitio rationem instituti mei transgreditur. Ex dictis interim satis adparet, qua ratione & in quantum ius retentionis obtineat. Quantam enim summam repetere potest uxor, tanta etiam bona mariti recte retinet.

(a) L. 3. pr. ff. de donat. intr. vir. & ux.

(b) L. 14. C. 17. ff. de pæt. dotal.

(c) L. 1. pr. ff. de dot. praecleg.

### §. XX.

*Quibus he-  
reditibus  
hoc benefi-  
cium re-  
tentionis  
competat?*

Hactenus monstrato, ius retentionis, modo de veritate illatorum constet, uxori esse addicendum, merito indagatur, quibus heredibus uxor liceat ius retentionis sibi vindicare. Permagni sane interest, utrum liberi dotem repeatant, an extranei heredes bona uxor liceat vindicare fludeant? Quod ad liberos attinet, affirmandum habeo, iis idem ius praelectionis, matri competens, non vero extraneis heredibus attribuendum esse (a) Quae sententia ex citatis textibus satis commonstra-

fratur, qui quidem pro indiscretis habendi videntur, quum alias omnia iura in heredem transeant, nisi ea negotia, quae sua natura non sunt transitoria excipiuntur. Verum enim vero textus allegati fundamentis non carent; nam divortia gentibus Italicis erant frequentissima, ut ideo legislatores ad remedia sexui inferiori servandi dotes querenda commoti fuerint, ne per luxuriam maritalem feminae evaderent indotatae &c ad incitas devehieruntur (b) Cuius nomothesiae ratio in extraneis non deprehenditur heredibus, per consequens legem cessare aparet. Porro quoque id perbene notandum, ius praelationis, aliis creditibus existentibus omnino odiosum esse, quoniam scilicet heredes extranei lucrum capere, Creditores vero damnum amovere student, hincque & harum ratio potior reputanda. Sed si quis obiiceret, liberi etiam inter heredes referuntur, cur vero illis, & non idem extraneis heredibus competenter? Respondeo quod ratio dotis, quae nimurum ad sustinenda onera matrimonii, quorsum salus liberorum non male refertur, constitutur, in extraneis heredibus non inveniatur. Quae omnia plene comprobant, extraneos heredes communum retentionis male sibi vindicare. Patet enim quod ius praelationis sit ratio, quare in concurso Creditorum retentio feminae indulgeatur, quum, ne aliis Creditori bus praecaudetur, ob praerogativam uxoris non sit vendendum.

(a) L. 12. §. 1. C. dicto tit. it. L. un. C. de privileg. dor.  
add. SCHOEPFFER in Synopsi titul. quib. mad. pign.  
vel hypothec. tacit. C. num. 6. C. 7.

(b) STRYK, in U. M. tit. defund. dat. §. 1.

### §. XXI.

Singularem sane casum reminiscor, quem recen-  
C 2 *Declare-*  
*tur per ad-*

*ductionem* fere non abs re erit. Accidebat itaque ut femina cum *casu.* renunciatione omnium beneficiorum satis valide pro marito fideiussisset; quo facto mulier, uno filio relicto, e vita decebat, & quum non multo post filius iste unicus diem supremum quoque obiret, omnia uxoris bona ad maritum hereditario iure pervenerunt. Quibus *confectis* in bonis mariti oriebatur concursus, & Creditores ratione praelationis & iuris separationis valde inter se controvertebant super quastione, utrum isti Creditores, pro quibus uxor defuncta valide fideiussaserat, praelatione aut separatione gauderent, nec ne? Ad praelationem non dari recursum ex antecedente spho constat. Interim ratione separationis omnino certum, eiusmodi beneficium obtainere. Cuius decisionis fundamentum in eo collocatum, quod privilegia dotis ultra uxorem eiusque liberos non extendenda. Separationis autem obiectum hic adesse, extra dubium positum est. Interim vero varia hic notanda sunt, quod nempe creditores ad hoc beneficium intra quinquennium ab adita hereditate provocent, (a) idque petant, quo non facto, separatio illis nullatenus competit. (b) Elapso enim quinquennio, hereditate bona fide distracta, rebus hereditariis cum bonis heredum ita confusis, ut separari nequeant, & Creditoribus fidem heredis sequutis, ius separationis non obtinet. (c) In Megapoli autem id, quod de quinquennio dictum, non observatur, sed Creditoribus semper integrum ad separationem provocare. (d).

(a) L. I. §. 13. ff. de separ. add. MEV. P. VI. dec. 339.

(b) L. I. §. 16. ff. eod.

(c) L. 2. §. 1. §. 10. II. §. 12. eodem.

(d) *Constit. Seren.* *Ducis de anno 1646. de separat.*

## §. XXII.

*De reme-  
din.*

Quum haec tenus fatis monstratum, qua ratione mu-  
lieri

lieri & cius liberis retentio competit, iam perscrutandum est, quibus remediis femina hoc suum ius perse-  
quatur? Tamdiu bona mariti ab uxore, donec ei intuitu  
illatorum satisfactum retineri, & vacuam fortunarum  
maritalium possessionem propria auctoritate occupari  
posse, certum est, (a) & bonis sic occupatis tanquam pigno-  
ri incumbere potest. Si vero ab heredibus praedefuncti  
mariti ex possessione legitima fuerit deiecta, vel blan-  
dis sermonibus, quasi dotem heredes ei essent soluturi,  
persuasa discesserit, ante omnia tanquam spoliata de-  
bet restitui, (b) quoniam sine plena causae cognitione  
extra judicialiter nemini possessio, que in absentia etiam  
animo retinetur, (c) auferenda (d) Heredibus posses-  
sionem evacuare renitentibus, vel femina implorat offici-  
um iudicis, vel adhibet interdictum ad recuperandam  
possessionem pro exercendo iure retentionis, (e) ut adeo  
a Iudice in possessionem remitti queat, qua etiam tam-  
diu fruitur, quamdiu heredes eam aut iure aut benevo-  
le placant. Melius autem femina, si possessionem prius,  
quam ab aliis occupatur, adprehendat, fibi prospicit,  
quoniam propria auctoritate maritalia bona, ab aliis iam  
occupata, invadere nequit. Privata enim vindicta tam  
severe prohibita, ut fibi ipsi ius dicens, eo cadat ca-  
reatque e

(a) CARPZ. Lib. IV. tit. 3 Resp. 19. n. 12.

(b) alleg. CARPZ. cit. loco num. 13.

(c) L. 3. §. 10. & 11. L. 30. §. 8. {L. 44. & 46. ff. de  
acquir. vel emittend. possess.

(d) L. 7. C. ad 1. Iul. de v. publ.

(e) CARPZ. alleg. loc. num. 16. 19.

### §. XXIII.

Porro quidem ab aliquibus ICtis affirmatur non  
propter dotem solum, sed quoque paraphernalia iure <sup>Genera-</sup>  
<sup>tim depa-</sup>  
C 3 <sup>reten-</sup> <sup>reph. &</sup>

*aliis com- mod.* retentionis uxorem gaudere, adeo ut & dotalē lucrum quod vel ex pacto, vel testamento, vel statuto loci de scendit, pari priuilegio nitatur; Verum enim vero licet eiusmodi DDres hue quoque portionem statutariam aliaque successionis commoda referant, (a) demumque contendant, tam allodia quam feuda, tamque mobilia quam immobilia harum praelectionum ergo retineri posse: attamen autem meo iudicio haec omnia cum grano foliis accipienda, liberrime confiteor, eumque in finem pro diversitate casuum mox in adfirmativam mox negatiuam inclino, distinguens, utrum femina cum iis, qui lucrum capere student, aut illis concurrat, quorum intentio eo solum, ut damnum amoveatur, tendit. Priori casu dictam opinionem amplector, non autem posteriori.

*Distingui- tur.*

(a) CARPZ. Lib. IV. tit. 3. Resp. 20. n. 1. 2. & P. II.  
C. 25. def. 8. 9. & 10.

*Declarā- zur ulte- rius.*

Rationem & internam iustitiam iuris retentionis primario motu concursu in iure praelationis quaerendam esse, quilibet forsan concedet, quum nimis ob dictam praelationem non metuendum, ne uni Creditori prae altero gratificetur. Casus autem si eveniret, ut ex bonis mariti Creditoribus, feminam propter singulare priuilegium praeeuntibus, non satisfieri posset, in totum concedo, his positis circumstantiis uxorem etiam intuitu dotis retentione destitui. Tanta enimvis nulli privilegio a legibus concessa cernitur, ut alterius ius potius inde infringi posset. Quam ob generalem rationem, ad paraphernalia & reliquorum commodorum genera quadrantem, limitatam & distinctam opinionem in fine antecedent: §hi adsumi.

§. XXV.

*In specie de para- phernal.* Nam quod paraphernalia in specie attinet, praesertim iure Megapolitanō expresse adornatum horum

horum intuitu retentionem plane exulare (a) Ratio autem huius adornationis eo solum collimat, ne in *concurso Creditorum* alteri praे altero gratificetur, & potiori iure fruentibus per exercitium iuris retentionis ingens praeiudicium inferatur. Ex quo fundamento etiam Serenissimi Legislatores in genere quidecum ob paraphernalia retentionem prohibuerunt, & feminam ad *Concursum Creditorum* remiserunt. Sed si dicta ratio cefset, & nullum Creditorum praeiudicium metuendum, v. g. si femina cum eiusmodi Creditoribus concurrat, qui infirmiori iure utuntur, eique haud praecedunt, exercitium iuris retentionis feminae nullatenus auferendum, modo luculenter ostendat, paraphernalia marito in administrationem & usum fuisse concredata. Hinc non sufficit ad repetendum paraphernalia, mulierem illa bona, constante matrimonio, accepisse, habuisse, aut in domum mariti intulisse, sed maritum ea in administrationem usumque acceptasse, doceat necesse est, sic enim sit debitor paraphernalium, alias non, nam causa debendi in marito non existit, nisi acceptatio probetur.

(a) *Ordinat. Dicast. prov. Aul. Part. II. tit. ultimo §. 6.*

*ibi*: wegen der paraphernal-Güthir aber sich des iuris retentionis nicht anzumassen haben.

### S. XXVI.

Licet quidem antecedent. Spho dictum, ob paraphernalia ius retentionis non competere, nisi femina cum eiusmodi Creditoribus, quibus antecedit, concurrat, attamen vero hoc aliquando aliter se habere existentibus sequenti exemplo patet. Paraphernalibus enim in natura existentibus, vindicationem eorum iura permitunt (a) ac intuitu horum quodammodo maiori utitur iure, ac ei alias ob dotalia competit. Si itaque vindicatio obtinet tanquam maius, quare id circa in securitatem

tatem paraphernalium natura adhuc existentium ius retentionis tanquam minus exerceri non posset.

(a) STRYK in *Caut. Cautr. Seſt. 3 cap. 8. §. 7.*

§. XXVII.

*Causae ob quas re.* Tandem istas causas, ob quas retentio cessat, trans-  
tentio ces-standi mens est, quumque, durante retentione, vices  
tentio ces-administratoris subeat uxor, sequitur, ut ob abusum  
fatu-seu malam administrationem solito privilegio careat.

(1) *cessat ob malam admini- fatio-nem* (a) Hinc iudicis est, ut comperta administraticis frau-  
de, sc. ut damnum heredum vel creditorum contraxe-  
rit, bona sequestret, & curatorem constitutat, qui loço  
mulieris in domo mariti commorantis, administratio-  
nis onere fungatur (b)

(a) arg. §. fin. *Iust. de his qui sui vel alieni iur. sunt. add.*  
L. 2. ff. *eodem.*

(b) *Mev. ad Ius Lub. Lib. 1. titl. 5. art. 13. n. 87.*

§. XXVIII.

*(2) Tollitur liquida-tione non facta per cau-tionem.* Cessat ulterius & finitur, liquidatione dotis reli-  
quorumque non facta, per oblationem cautionis ido-  
neae; praesumtio quidem adest, uxorem marito ali-  
quid intulisse, ast tamen ideo quantitas non constat,  
quapropter opus est, ut vidua illata in quanto & quali  
reddat liquida, eisque liquidis, illi non obtrudendum,  
ut cautione fit contenta. Cautio enim male obfertur,  
ubi solutio debetur, (a) quum eiusmodi fragili reme-  
dio, ut cautio dicitur, (b) nemo, ut ei se concredat,  
obstringatur. (c) Porro vix caret dolo, qui bona mariti a  
femina in securitatem dotis retenta, sub oblata cautione  
repetit. (d) Dotem enim restituendi obligatio heredis est,  
nec leges obligationem ex obligatione enascentem tol-  
erant, (e) ne malitia indulgeatur, (f) & longis am-  
bagibus, variisque litigii mulierum iura ultra modum,  
recepta cautione, protrahantur & sic interdum plane  
difficile sit, ut femina maritales facultates relinquens,  
illa-

illata nanciscatur integra. Prudentis itaque iudicis est, liquida ab illiquidis probe ut distinguat. Ob illa retentio viduae non deneganda, ob haec autem sufficit idonea cautio, ita ut heres non audiatur, qui solutionem differt, nec vidua, quae differendae litis gratia satisdationem recusat. Sic adversus uxoris iniuriam heredi immisso in bona defuncti proficit, & eiectione viduam coerget.

- (a) L. 10, ff. de pignor. action.
- (b) L. 66. §.. 1. ff ad Sctum Trebell.
- (c) L. 6, ff. quod fals. tut. aut. gest.
- (d) L. 1. C. Etiam ob chirograph. pecun.
- (e) L. 4. §. 3, ff. de Re Ind.
- (f) L. 38, in fine ff. de R. V.

### §. XXIX.

Porro evanescit retentio secessu viduæ ex bonis mariti, modo de animo derelinquendi constet, hocque probato non datur regressus. Solus & in se spectatus abitus non sufficit, quoniam & animo, cuius mutatio in dubio non creditur, retinetur possessio; nam nemo suum iactasse, aut favori renunciassæ praestimuntur. Multo magis ergo quodlibet retainenda possessionis argumentum ius retentionis eidem conservat, veluti si item ad secunda vota aliquos lares migret; claves tamen ad praedia urbana & rustica retineat, qui actus eam tantisper in possessione esse satis commonstrant. (a) Idem obtinet, licet alii curam bonorum concrederit, aut alia ratione pateat, eam non deposuisse animum retainendi. Contra heredes & Creditores vero, qui aut dolo aut blandis persuasionibus aut violentia viduae possessionem eripere moluntur, obtinent remedia possessoria, ad res ablatas instar spolii restituendas.

D.

(a) MEV.

(a) MEV. ad Ius Lub. Lib. 1. tit. 5. art. 13. num. 93.

§. XXX.

*An per secundas nuptias finiatur retentio?* Alterius mariti inducitio in alienum focum quidem odiosa, verum ideo femina, eo, quo gaudet iure, non destituenda, quoniam secundae nuptiae administrationem rerum retentiarum non impediunt, nec efficiunt, ut inde Creditoribus vel heredibus mariti praeiudicium contingat. Hoc interim certum est, alimenta, quae, ut infra docebitur, ex bonis retentis uxori debentur, per inductionem mariti in alterius detrimentum nequaquam esse augenda, potius aequum & iuris esse putatur, novum maritum ex facultatibus retentis alimenta haud capere, nisi heredibus aut Creditoribus ideo satisfactum. Item secundum ius commune ob malitiosam desertionem & fecundationem eiusmodi lucra ad exemplum dotis feminae auferuntur. (a)

(a) Nov. 22, cap. 15. §. 2.

§. XXXI.

*De dotalitione figilla sim.*

Porro praesertim quoad nobiles perbene notandum, utrum ipsa dos vel eius loco dotalitium ab uxore repetatur? Quod ratione dotis obtinet, id iam dictum. Intuitu dotalitii vero distinguendum num cum heredibus vel Creditoribus concurrat uxor? Priori casu denovo videndum, num cum mariti defuncti descendantibus collidat, & tunc ad exercitium iuris retentionis illatae dotis probatio sufficit. Si vero Dominus directus aut agnati dotalitio contradicant, feminam praeter illationem ipsam dotis versionem, demonstrare debere TORNOVIVS & ab eo allegati DDres adserunt. (a) Interim tamen & hoc casu illationem sufficere contenditur, b) quo-

(b) quoniam ex illatione haud absone praesumitur, mariti in usus dotem conversam esse. Praeterea quodammodo non fieri potest, ut uxor versionem demonstrare queat, dum scire non potest, quo versio facta; hinc impossibili probatione non oneranda est. (c) Interim porro notandum, secundum ius commune dotalitium absque consensu domini directi & in feudo antiquo agnatorum haud secure constitui posse, (d) quapropter viduarii retentionis contra dominum & agnatum, licet illatio dotis probata, intuitu quantitatis dotalitii non indistincte, nisi de consensu eorum constet, uti potest, lure autem Megapolitanostabilitum est, domini consensum incalsum aperturae solum ad constituendum dotalitium esse adhibendum, eoque cessante, dotalitium & retentio cessabit. (e)

- (a) TORNOV. P. I. pag. 478.
- (b) MEV. P. II. dec. 224.
- (c) L. 185. f. de R. I.
- (d) STRYK. de Caut. Contr. Sezt. 3. c. 8. §. 31.
- (e) TORNOV. de feud. Meckl. P. I. pag. 480.

### §. XXXII.

Antecedente §pho quidem varii casus intuitu dotalitii tractati, sed quum de eo, si femina cum creditoribus coincidat, non auctum, sequentem in modum distinguo: aut dotalitium eo tempore, quo maritus aere alieno non pressus, constitutum, aut promissum est, postquam maritus aere alieno iam obrutus. Priori causa dotalitio supervenientes creditores contradicere nequeunt, quum uxor in nullius praeiudicium constitutionem dotalitii ita impetraverit, ut validum ius quae-  
sum creditoribus obvertere possit, quique ea propter fundum forsan in dotalitium datum, vivente vidua, inanior repeatant. (a) Ex quibus ideo sati innotescit,

feminam, si ipsum dotalitium fortassis non possideat, alia defuncti mariti bona tamdiu retinere posse, donec ei intuitu dotalitii satisfactum, modo reliquis Creditoribus, qui potius vel fortius ius habent, detrimento non veratur: Posteriori autem casu eo minus commodo retentionis gaudet, quo certius est, dotalitium peti non posse. Eius enim constitutio, creditoribus iam existentibus, in illorum fraudem facta praesumitur. (b) Mortua vero viuda, quum dotalitium ad feudum revertatur, credidores illud sine dubio capiunt.

(a) TORNOV. cit. loc. P. I. pag. 49~.

(b) Idem alleg. loco.

### §. XXXIII.

Restaret quidem de dotalitio & lucro dotis, in quantum secundum statuta patriae a iure communii differant, differere; Sed cum de hac materia satis eruditissimi iam actum, sic quemvis lectorum remitto ad Celesterr. MANTZEL. diss. de femina Mecklenburg. & STRVV. in diss. de lucro dotis eiusque privilegio in Conclusu Creditorum.

### §. XXXIV.

*Si maritus ad incitas per uxorem redactus.* Deinde tam ex iure communii, quam praesertim legibus patriae abundanter patet, eiusmodi feminam, cuius culpa maritus ad incitas redactus, dotem amittere, omnibusque privilegiis ac beneficiis destitui. (a) Si enim femina, ut cum Novella 22. loquar, aut viro nesciente, vel prohibente, conviviis gaudet, merito beneficis se indignam reddit.

(a) Nov. 22. cap. 15. §. 2. add. Ord. Dic. Prov. Megap. P. II. tit. ult. §. 1. ubi verba notabilia leguntur.

### §. XXXV.

*Variae causae.* Demum malitiosa desertio, adulterium & omnes cau-

causae, quibus dos aut amittitur, aut privilegiis solitis  
destitutur, non immerito hoc referuntur. Hoc enim  
quisque libenter largitur, retentionem, cessante dote ut  
fundamento huius commodi, plane non obtinere. Sic  
per consensum in alteriorem oppignorationem semi-  
na eo redigitur, ut ius praelationis & tacita hypotheca  
contra istos credidores, quibus bona mariti oppignorata  
sunt, allegari non queat. (a) Haec opinio cum legibus  
supra Splio 19 allegatis quidem cohaerere non videtur;  
quoniam ibi dictum, dotis conditionem per expressum,  
pacatum non fieri posse deteriorem, nisi id in commo-  
dum liberorum initum sit. Sed allegatae ibi leges so-  
lum de pacto *inter virum & uxorem* loquuntur, quapro-  
pter ad alios casus haud adplicari possunt, nisi ad innu-  
mera absurdia recursus pateat.

(a) THOMASIVS *in diss. de remissione tacita pignoris*  
*per consensum in novam oppignorationem.*

### §. XXXVI.

Sic & iure Lubecensi in casti, quando femina im- *Remissio*  
prolis est, idem obtinet, quem in finem ad art. 13. Lib. *ad ius Lub-*  
1. tit. V. provoco ubi haec verba leguntur: es kan keine  
unbeerbete Wifrau nach Absterben ihres Mannes aus  
seinen Güthern getrieben werden, sie sev denn vor allen  
Dingen ihres Brant-Echages und zugelachten Güths  
vergnüget und versichert. Secus autem res se habet  
in vidua, cuius liberi aut adhuc vivunt, aut *post*  
*mortem mariti* diem supremum obierunt. Sic enim pro-  
pter communionem bonorum credidores & ultimum  
nummum sibi exsolendum curant. Si vero Credito-  
res nulli existunt, aut pauci quidem adsunt, sed bona  
mariti exsuperant debita, contra heredes retentionem  
recte exercet.

D 3.

CA-

## CAPUT II.

De obligatione & commodo mulieris durante hac retentione.

## §. I.

*De obliga-  
tione mali-  
eris gene-  
ratis.*

Bonis itaque sic occupatis, inventarii confectione haud omitti potest, siquidem enim femina in securitatem solum aliena bona possidet, aequum sane intelligitur, mulierem obstrictam esse ad reddendas rationes, quae fine inventario haud subsistunt. Quoties enim aliena bona administrantur, toties inventarii conscriptio tam necessaria, ut omittens eam absque iusto impedimentoo, suspectus reddatur, infamia notetur & insuper puniri queat. (a) Quapropter isto casu ad iuramat specificationem non absque periculo proceditur, (b) potius iuriurando in item via panditur, quodque magis securura & rationi convenientius, quam istum administratorem, qui contra modum praescriptum inventarii confectionem illicite & ideo dolose omisit, ad iuramat specificationem vocare. Hinc consultius, si femina statim post obsignationem convocatis Creditoribus inventarium conficiat, & terminum 30. dierum huius confectioni praescriptum, (c) accurate observet; eo enim spatio effluxo, non datur regressus) (d) Sic non sibi solum consulit, sed & creditorum rationem habuisse censetur.

(a) L. f. §. 1. C. de arbitr. tutel.

(b) STRYK. in U. M. tit. de administr. & peric. tutor.

(c) L. fin. §. 12. 13. 14. C. de iure deliberand.

(d) BERGER., in oecon. iur. Lib. 2. tit. 4. thes. 50. not. 5.

## §. II.

*De conve-*

Antecedente §pho dictum, creditores ad conficiendum

endum inventariorum esse convocandos, eoque omisso, contra eos id allegari non posse. Hoc itaque ulterius disquirendi mens est, hincque quaeritur, utrum inventarium, creditoribus non citatis, conscriptum omni plane valore careat, nec ne? Videtur mihi expedire, sequentem in modum distinguere; aut scilicet Creditorum iam insteterint, aut non. Posteriori casu dulos non praesumendus, quum notitiae ergo bona confignalis credatur femina, quo statum bonorum non ignoraret, quodque institutum magis laudandum quam vituperandum, ideoque nihil obstat cernitur, quare eiusmodi inventariorum usu non niteretur, aut iurecurando a femina confirmari non posset. Priori autem casu absque doli nota hoc suscepsum non videtur, quoniam in alienis bonis absque praescitu Creditorum ita agere eo magis nefas dicitur, quo magis Creditoribus, quos omnia celare studuerit femina, gravis & pessima suspicio, fidem inventarii luculenter destruens, oritur.

## §. III.

Porro ratione termini fatalis 30. & 60. dierum in super monendum venit, utrum eo elapsi femina admittenda sit, ut debito modo denou inventarium conficiat. Certa enim & fatalia huic confectioni tempora sunt praescripta, quibus per culpam effluxis, neque per aequitatem datur regressus, nam ad aequitatem a lege non agnитam male provocatur, neque ab exemplo heredum argumenta in contrarium peti possunt. Hi enim, licet ad iuramat specificationem recte provocent, tamen magna inter eos & uxorem, bona mariti retinentem, intercedit differentia. Illi namque hereditatem ut domini adipiscuntur, haec autem solam administrationem bonorum gerit alienorum, quare ab ea inventarii confectione, tanquam fundamentum & caput rationum, quarum reditum

ditioni semina semper obnoxia, haud omitti potest. (a)  
 Per consequens etiam inde patet, uxorem ad iuramatam spe-  
 cificationem ex stricto iure nequaquam admittendam  
 esse. Praxi autem contrarium obtinere, variis casibus  
 sum compertus, nec secundum eam iurata specificatio-  
 nis aliqui denegatur, nisi fonticæ causæ & grave indici-  
 um perfidiae & periurii prostent.

(a) MEV. P. VII. dec. 180. num. 1.

#### S. IV.

Obsignationem & resignationem Germ. die Ver- und Ent-  
 siglung necessarium inventarii requiritum esse Spho Imo  
 huius capitî ostensum. Quemadmodum autem haec re-  
 quisita non tam celeriter adhibentur, ut interim nihil ex  
*Quando inventari-  
um iuram;  
confirmant,  
dam.*  
 hereditate aut bonis mariti amoveri potuisse, ita etiam  
 non absque ratione creditores interdum suspicantur, non  
 omnia in inventarium esse redacta, quare & vidua adi-  
 gi potest, ut iure iurando confirmet, nihil bonorum ea  
 sciente esse ablatum. Causa enim ante obsignationem  
 adesse potuit, ut Creditores recte praesumant, mulierem  
 quaedem lucri cupidine abstulisse. Optime itaque utri-  
 que parti consulitur, si pro facie circumstantiarum mox  
 purgatorium feminæ, mox ius iurandum in item cre-  
 ditoribus imponatur.

#### S. V.

Primarium autem feminæ officium consistit in ad-  
*De admini-  
nistracione  
gerenda,*  
 ministracione bonorum retentorum, quam adeo accura-  
 te gerat necesse est, ut omni casu & tempore rationes  
 reddere, & docere queat, nihil esse ablatum aut aliena-  
 tum, nihilque eius culpa perditum. Ex qua admini-  
 stracione varia lucra percipit, quæ primario in securita-  
 te dotis, perceptione alimentorum aut usurarum con-  
 fi-

sistunt. Gratis autem administrationi se submittere, rationi minus convenient, potius pro labore & opera satisfactio & aequa merces non deneganda.

## §. VI.

Ex hac retentione securitatem dotis emanare, qui-  
libet forsan concedet, qui ex anteriori capite intelle-  
xit, retentionem esse opportunissimum remedium, fe-  
mina intuitu illatorum optime consulendi, eique cer-  
tissimum pignus efficiendi, quodque ante istius satisfa-  
ctionem dimittere eo minus cogitur, quo magis e con-  
trario bona mariti ipso legi dictamine in securitatem  
fibi vindicat. Qua propter *Illustris Dn. PRÆSES in diff.*  
*elegantia de retent. in deposito licita Sect. I. §. 3. recte* docuit  
insignia commoda retentioni esse annexa, v. g. ut reti-  
nens non opus habeat difficilibus processibus ambagibus  
se immiscere, ut securitatem crediti instar pignoris re-  
tentio praestet, & efficiat, ut quis citius faciliusque su-  
um consequi possit &c. Hinc non negandum, quin  
femina durante hac retentione usuras forti conformes  
aut alimenta capiat, modo rationes gestae administra-  
tionis heredibus aut Creditoribus ostendat legitimas;  
ut adeo, donec illata receperit, neque immisioni ne-  
que executioni locus sit, nisi ab illis petatur, quorum  
privilegium & creditum uxoris privilegio fortius & po-  
tius est. (a) Ob minorem vero dotem omnia bona ma-  
riti retinere non licet, ne aliorum iustae petitiones ex-  
cludantur vel retardentur, & femina cum alterius da-  
mno locupletior fiat; potius heredibus aut Creditoribus  
integrum, ut viduae id, quo ei debetur, offerant, eo-  
que oblato, bona mariti occupare, (b) aut petere pos-  
sint, ut tantum ipsi adsignetur, quantum securitati &  
alimentis satis sit, & bona dotem exsuperantia sibi ad-  
judicentur. Salvo denique iure retentionis commu-

E

nis

nis bonorum maritalium curator, pendente lite consti-  
tu potest, qui uxori tribuat alimenta, & creditorum vel  
heredum causam simul defendat. (c) Si vero ipsa fe-  
mina administrationem gerit, ex rationibus confessis  
non potest non adparere, utrum femina nimis an mi-  
nus acceperit? Si nimis, reliquum ita imputatur for-  
ti, ut e contrario, si minus ad eam redundavit, regres-  
sus haud denegandus. (d)

(a) MEV. *ad Ius Lub. Lib. I. tit. 5. art. 13. n. 15.*

(b) GAIL. *Zib. II. Obs. 92. n. 1. seqq.*

(c) MEV. *citato loco num. 17. § 18.*

(d) arg. L. 22. 8. ff. *soluto matrim.*

### §. VII.

Hinc merito illorum opiniones non fundatas cre-  
do, qui praeter alimenta statui & conditioni uxoris con-  
formia praefstationem usurarum desiderant. Nullo enim  
iuris textu eiusmodi praerogativas imaginarias compro-  
batas inveni, potius ex iure patrio contrarium con-  
stat (a). Hoc autem libenter concedo, feminae  
omnino succurrentum esse, si docere possit, magnum  
ei ideo praeiudicium contigisse, quod heredes vel Cred-  
idores, in mora constituti, dotem non exsolverint. Ita  
enim ratione interesse, lucri cessantis, & mercedis pro-  
meritae regressus feminae patet.

(a) *Ord. Dic. Prov. Aul. P. II. Tit. ult.*

### §. VIII.

Circa alimenta uxori ex bonis retentis praestanda,  
novum oritur dubium, utrum scilicet alimenta usuras  
dotis exsuperantia forti imputanda sint, nec ne? ini-  
quum sane foret, ut vidua in praeiudicium herendum  
vel Creditorum maiora usuris solvendis alimenta cape-  
ret, potius aequitati consentaneum putatur, mulieri qui-  
dem alimenta praestanda, sed etiam id, quod summam  
usu-

usurarum excedit, sorti imputandum esse. Nullo enim iuris textu, heredibus aut Creditoribus iniunctum, personam extraneam alere, sibique damnum inferre. Si autem vidua administrationem gerit, alimenta usurpasdotis excedentia ei haud sunt deneganda, quoniam administratione gratis se submittere non tenetur.

## §. IX.

Intuitu heredum, bona mariti repetentium, monendum venit, mulierem aliquando integra bona, licet eius illata mariti facultatibus haud paria sint, retinere posse. Ponamus enim casum, quo adsertum comprobatur. Si v. g. maritus per longum temporis spatium abest, ut non constet, utrum adhuc vivat, vel fatis iam sit funeris; Sic queritur an eiusmodi casu, heredes absentis mariti recte exigant, ut bona eis concredantur? In genere quidem DDres adferunt, proximis agnatis & congnatis ut praesumtis heredibus bona absentis sub cautione tradenda esse; (a) Sed hoc casu ipsam bonorum traditionem procedere non putamus, quoniam matrimonium, morte non probata, subsistere creditur, & uxor ex bonis mariti secundum eius statum & conditionem alenda est, ita ut maiora usurpis illatorum alimenta sorti haud detrahenda sint. Nec uxor compelli potest, ut in rebus mariti mutationem fieri sinat, & terminus capienda sustentatione hoc casu non ad annum 70, ut praesumtum mortis tempus restringi potest, sed ipsius mortis probatio expectanda est. Si vero deinde notum fiat, maritum iandudum diem supremum obiisse, nonne tunc femina post mortem mariti accepta alimenta quae usurpis illatorum excedunt, restituere tenetur? Ethoc negamus, siquidem enim bonae fidei professor fructus consumtos haud refundit, ita & mulier hoc casu eo minus alimenta restituere tenetur, quo ma-

gis multum in honorem & dignitatem mariti erogasse  
& sic non locupletior facta cernitur. Sic & ante annum  
70 curatorem ab heredibus praesumitis constitutum re-  
cepit respuit uxor, quoniam eo tempore vivus adhuc cre-  
ditur maritus. Post annum 70. autem, curatorem ad-  
mittat necesse est, primario si constet, mulier bona  
absentis mariti male administrare. Interim tamen  
& hoc easuratione alimentorum dicto modo proceditur,

(a) STRYK. de succ. ab intest. Diff. III. c. 1. §. 3.

S. X.

Quumque ratio propositi ulterius progredi vetet,  
DEO ter optimo maximo humillimas persolvo gratias,  
quod hunc suscepimus laborem, ad finem perducere  
clementissime concesserit. Faxit illud Trinum. Nu-  
men ut reliqua mea conamina in sempiternam  
eius gloriam, commodum patriae, &  
mei ipsius evadant.

T A N T V M.



PRAE-

*PRAENOBILISSIMO*  
NEC NON  
*DOCTISSIMO,*  
DOMINO  
**DOCTORANDO,**  
CONSISTORII DUCALIS PROCURATORI ORDI-  
NARIO, AMICO ET FAUTORI AESTU-  
MATISSIMO,  
*S. ATQVE O.*  
**PRÆSES.**

**N**e Te rapiat, *Vir Praestantissime!*  
Si circa tuam Disputationem in-  
auguralem, *Tibi* ius retentionis a  
me tribuatur, quandoquidem intuitu rei  
propriae, cuius plenum habeo dominium,  
hoc ius sit superfluum; nam quod semel  
meum

meum est, amplius meum fieri non potest. Scilicet, haec recte licet sese habeant, alio tamen sensu non immerito, *Te* eodem iure frui oportere, est in propatulo. Non enim semper Candidatis, ad summos in iure honores adspirantibus, ac eo fine Disputationem inauguralem conscribentibus, a Praeside ius retentionis conceditur, nec concedi potest. Huius assertiones ut adducantur, quid opus. Sufficiat effatum Imperatoris JVSTINIANI: *Saepe homines de suis facultatibus plus spernant, quam in illis est.* Examen quidem, quod vocant rigorosum, ab omnibus gradum Doctoris ambientibus sustinendum, obstat videtur, dum in illo cuiusvis Candidati explorantur facultates, unde si sanguinem habet sinciput, plus eum de illis sperare posse, vix credendum. Ast haud raro tamen evenire contrarium, testabuntur illi, quibus Disputatio a Candidato elaborata, ad perlustrandum postea obfertur, ex qua sat luculenter, eum facultatibus suis nimium esse confitum, adaptaret, ut adeo nihil mirum, si ipsi ius retentionis a Praeside denegandum omnino.

Quid

Quid itaque, *Vir Praestantissime!* ex iure  
retentionis, circa tuam disputationem in-  
auguralem, *Tibi* a me tributo, enascatur  
laudis, consequentia ab opposito desum-  
ta, vel me tacente, satis superque manife-  
stat. Hincquod publice profiteor, meum  
est, nihil mihi ex illa vindicare. Thema,  
quod enucleasti, selegisti ipse: Elabora-  
tionem, in qua sine cortice natasti, ego  
paulo modo ante, quam illa typis man-  
danda, vidi: Theses in ea propositae, legibus  
& usu adprobatae; Methodum adhibitam,  
quaes alias arbitraria audit, tuo iudicio reli-  
qui, Verbo: neque quoad formalia neque  
quoad materialia spongiam deletilem ad-  
hibui. Profecto, quam plenissime ius reten-  
tionis *Tibi* concedo, idemque iam quoque  
ab aliis *Tibi* tributum iri, confido. Unum  
restat, ut in Cathedra exercitium huius iu-  
ris etiam pro virili tuearis, & quoniam de  
eo certus, nihil amplius addo, quam vo-  
tum, ut DEI T. O. M. in omnibus tuis  
conatibus auxilium experjaris certissime,  
ac sic praxis tua reddatur aurea verissime.  
Vale! & vive in gaudium Tui *Veneran-*  
*di Domini parentis*, Pastoris coetui fide-  
lium

lium flatensi praefecti meritissimi, ac vigilantissimi, quem summum Numen adhuc diu rebus humanis interesse sinat. Vieve quoque timor mei, ac crede, me adulgenti occasione, ad tuum aliquid conferendi commodum *Tibi* defuturum esse nunquam. Vale!

Dabam e Musaeo die 22. Septemb.

MDCCXLV.



**ULB Halle**  
000 710 598

3



*Sb*





C26, num. 42. 1745 2.

*Q. D. B. V.*  
 DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
 DE  
**RETENTIONE IN SE-  
 CVRITATEM DOTIS  
 PERMISSA,**  
 QVAM  
 CONSENSU ILLUSTRIS ICTORUM ORDINIS  
 IN ACADEMIA PATRIA,  
 P R A E S I D E  
**DNO. MATTHIA BENONI  
 HERING,**  
 JVR. VTR. DOCT. ET PROF. COD. DVCAL. PVBL.  
 ORD. NEC NON CONSISTOR. DVC. CONSILIARIO, ET  
 AD HVNC ACTVM DECANO  
 SPECTABILISSIMO,  
 DNO. PATRONO AC PROMOTORE OMNI  
 CVLTV DEVENERANDO,  
**PRO LICENTIA,**  
 SVM MOS IN VTROQVE JVRE HONORES  
 OBTINENDI,  
 ANNO MDCCXLV. D. 30. SEPT.  
 PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI  
 SVBMITTIT,  
**ISAAC JOACHIM WEBER,**  
 ADV. CONSIST. DVC. ORD.  
 ROSTOCHII,  
 ST ANNO ADLERIANO.

